



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-551379-p0001-1

DFG



72

Q. D. B. V.
DISPUTATIO POLITICA
^{De}
MUTATIONIBUS,
CORRUPTIONIBUS ET DE-
STRUCTIONIBUS RERUM-
PUBLICARUM,
Qvam
Divinâ Favente Clementiâ
In Electorali ad Albim Academia
PRÆSIDE
PRÆCELLENTE ATQVE PRÆCLARISSIMO
DN. M. JOH. CHRISTOPHORO
FUGMANNO,
Ampliss: Facultatis Philosophicæ Adjuncto
meritisimo
Publico Eruditorum Examini sistet
JEREMIAS BICCARTUS

Mœno-Francofurtanus.

Ad diem 5. Octobris , horis matūr.


In AUDITORIO MAJORI.

WITTEBERGÆ,

Excadebat MICHAEL MEYER , ANNO 1672.







PROOEMIUM.

Illcundissimæ Philosophiaæ comparatio est, quâ præclarus scriptor Florus, Reipublicæ Romanae fataperatatem hominis interpretatur. Nascebatur populus Romanus ad expectationem gentium, mox vires ostentabat, postea cum stupore omnium crescebat, tandem decus omne amitebat. Igitur infantiam suam imbecillitate prodit, adolescentiam ardore fatetur, juventutem potentiam designat, senium & senii incommoda persuam ignaviam occultare non potest. Omnium regnum natura est, ut jam esse incipient, jam stare, jam optimè florere, jam mutari & ruere dicantur. Hominis corpus distinctas virium vices experitur, & ex quamdam lege ingentem ubiqꝫ equalitatem sentit: Sed in mutationis orbe perpetuò volvuntur Respublicæ, ut eandem faciem ex certa regula retinere nequeant. Quare forsitan, quanam vera mutationis causa sit? nullam aliam esse statuo, quam voluntates hominum, quibus forma Rerum publicarum terminatur. Quid vero in geniis hominum mutabilius, quid in aquilius, quid incertius? Momentum est, quô statu Reipublicæ vertitur convertiturq;. Hoc ipsum, in quo vivimus, tempus, quam triste exemplum est assertio mea! Itaqꝫ non incommodè loco speciminis studiorum meorum, propositam materiam tractaturum me esse ad opinor. Tu ô Jesu hos conatus adjuva benignè!

A 2

DISPU-

Quemadmodum Republicæ jam resurgent, crescunt & florant: ita jam eadem mutantur, corruptiuntur & destruantur. Mutationis & corruptionis ejusmodi illustria occurunt momenta in historia Romana. Initio Reges constituebantur justissimi sapientissimiq; , magnum inde decus Republica Romana trahebat: mox affluentia rerum & licentia summa tyranicè imperabant, jus omne auferebant. Hinc adversus Reges insurgebant cives, tale regimen abominantes atq; detestantes. Itaq; monarchica dignitas in aristocraticum migrabat statum. Materiam bene explicat Sallust: *Catil. 6.* Ubi regium imperium, quod initio conservandæ libertatis atq; augendæ Reipublicæ fuerat, in superbiam dominationemq; convertit, mutato more, annua imperia, binos Imperatores sibi fecerit. Optimates postea à moderata administratione paulatim degenerabant, oligarchicè potius quam aristocraticè rebus præerant; quaque populus ad se trahere potestatem conabatur. Mox intestinis motibus totus turbabatur status: quilibet ordo sus jura operose amplificabat, dum de rerum summa & optimates & populus acris subinde contendebat. Tandem sub variis speciosisq; titulis monarchia invaluit ad finem mundi usq; forsan duratura.

Destructionis non una est ratio. Jam totum corpus Reipublicæ interit: jam ita distrahitur cives, ut amplius coire non possint; jam manente populô regimen omne cessat. Ita multi per puli mari abrepti, multi terræ motibus oppressi, testes habentur *Seneca Ep. 92. Ammianus Marcellinus l. 17. rerum gest.* Bellis non una vastata geas, & dissipata in partes est, ut civitatis nomen amitteret. Sic tota communitas servatur, nihilominus came imperio exuitur. De Capua narrat *Livius l. 26.* placuisse Romanis, ut tanquam urbs habitaretur; corpus nullum civitatis, nec senatus, nec plebis consilium, nec magistratus esse, sed sine consilio publico, sine imperio multitudinem, cui praefectus Româ missos jus diceret. Itaq; imaginem Reipublicæ nullam Capuæ relictam dicit *Cicero i. contra Rullum.* Idem judicandum de populis qui alterius ditionem subie-
runt.

Muta-

Mutationis vōcabulo Græci Latiniq; scriptores veteres oīmaia complectebantur : sed uti facile apparet, adhuc subtilius philosophandum est. Non enim omnis mutationis destruōem, sed quādam etiam conservationem & incrementum significat.

Illud non prætereundum , mutationem aliam esse apertam, qvam vulgus videt novitq; ; aliam occultam & simulatam , prudētūm oculis tantūm perviam. Non aliis autem Rebus publicis ab hoc genere majus est periculum, qvām democratia aut mixto civitatis statui. Popularis potestas , inquit Bodinus de Rep. 4. 1. s̄epius nullo pene sentiente convertitur ad optimates. Et mox : Eiusmodi fuit earum quas dixi civitatum conversio à populo ad optimates. Qualis etiam contigit Venetiis , Lucensib⁹ , Rhagusanis ; qvorum imperia , cum olim popularia fuissent , temporis diuturnitate , aristocratica , nullō penè sentiente , evaserunt. Eodem modō ubi mixta forma obtinet , fieri solet. In Romana Republica Patres s̄epius altius qvām pro modo communicati juris eminebant ; tribunis plebis parum ista curantibus. Populares quoq; partes plus justo haud raro prævalebant , omnia jura ad se rapiebant , neq; animadvertebant , hac ratione viam sterni ad paucorum potentiam , in tyrannidem aliquando desitaram.

Qvo tempore etiam hebetes , fatali caligine , admutationem Rerum publicarum perspiciendam oculi , neq; vulgi rautūm is errore est : sed magnorum aliquando virorum ingenia fatigat hæc consideratio. Nam ex institutane primum formula , an postea nec bono more subnatā status Reipublicæ existimandus sit & præsertim cum satis appareat , non diu formam istam mansuram , sed & aliam mox reddituram. Hoc certum est , dum variè volvitur ejusmodi Reipublicæ orbis non sine animorum perturbatione , post eventum facilius , qvam in re præsenti , intervalla & momenta mutationum istarum animadverti. Ovidius . Ex iug. acta probat etc. epist. 2. herc

Nulla interim dabitur Respublika , qvæ tantas mutationum vices experta est , qvām Romana. Donec ventum ad illud tempus , qvō civiles undiq; exortarentur turbæ , & Respublika mutationis suæ fatō violentius urgeretur : & tandem mitiori nomine succederet principatus ; cojus initium ab Augusto arcessendum esse , probat magis nominis Vir Baclerius in notis ad Vellej. 2. 86. 1. Augusti

A 5

enim

enim imperii jugum , dum speciosò habitu ille incedit, facili & pronà cervice pleriq; subiēre: Consulis nomine insignitur, qvi titulus à libera Republica amatur: ne regiam dignitatem exercere videatur , s'vavissimum summumq; illud nomen alii concedit: qvò facilius gratiam apud multitudinem inicit, tribunos in publicum procedit. Et sanè per hęc tribunitiæ potestatis ludibria in successoribus feliciter continuatum est monarchicum regimen. Hęc iterum non cuivis in promptu fuit de mutato Reipublicæ statu judicare, qvia singulari Principum studiō image a antiquæ libertatis populo repræsentabatur. Sed qvi ex rerum usu actuq; prudentiæ rationes disponebant, abundè videbant, pelliciendis hominum mentib⁹ istam scenam adornari, cñm Imperantes interim nullū aliud propositū persequerentur , qvām ut civibus populoq; omnem adimerent potestatem , ipsiq; soli ex suo arbitrio Rempublicam administrarent.

Cæterū non nunquam status Reipublicæ mutatur : non nunquam forma integra manet accidentatq; alia mutationes. Qvoties enim personæ ab officio suo removentur , alia succedunt? Qvoties imperii leges jam restringuntur jam laxantur? Qvoties magistratus aliquis inducitur, aut abrogatur.

Non alienum est disputare , qvando eadem sit & qvando diversa Respublica? Hanc nobilem qvæstionem tractat Aristoteles l.3. Polit.: 6.3 , ubi judicium vulgi & prudentis bene distinguit. Vulgus ad id tantum qvod oculis & sensibus obviam est, se accommodat: prudens ex usu potissimum rationis loquitur. Vulgus intuetur populum & locum : prudens contra gubernandi modum. Vulgus itaq; putat eandum esse Rempublicam, qvando eundem locum iudicatq; homines inhabitant , sed diversitatem tunc oriri, qvando diversi populi diversas regiones possident. Hanc sententiam ex duplii suadamento rejicit Philosophus. Primo qvia ex accidente (ut loquuntur in scholis) sit, disiungi locum & homines ; posse scilicet populum veterem sedem relinqvere , novamq; petere, ut Ascanius Albam condidit , & in eam Lavinios introduxit ; aut unum populum alterum expellere , & illum expulsi , hunc expellentis locum subire. Deinde , qvia una civitas non unius orbis clauditur mœnibus , sed pluribus urbibus. Qualis Peloponnesus foret,

foret, si murō circumcingeretur, qualem Babylona etiam fuisse
ait, dum captâ, jam tertium diem, non animadvertisit quædam
pars civitatis. Ex loco ergo eadem vel diversa Respubl ea æsti-
mari non potest. Athenienses, quamvis Athene diriperentur,
omnesque cives in naves concenderent, quia oraculū respondis-
set: Civitatem Atticam salvam fore in muris ligneis; persistit ta-
men eorundem civitas, nec diversa facta est. Sicut autem una
communio unam civitatem constituit: ita diversa non redditur,
quando hi intereunt, hi vicissim subnascentur, fluvii & fontes ii-
dem esse dicuntur, et si semper hæc quidem aqua scaturiat, alia ve-
rò effluat. Quapropter aliud erit quod diversam reddit civita-
tem eandemque mutat, forma videlicet Reipublicæ seu status gu-
bernationis, quod immutato variatur simul Respublica. Eadem
datur quidem materia, sed à forma omnis diversitas petenda.
Quemadmodum iidem homines jam comici, jam tragici diver-
sum chorūm constituunt: eodem etiam pacto à diverso regimine
Respublica mutatur. Conferatur ad c. l. Aristotelis De Etisimis
Commentator Piccartus, qui hæc omnia sufficienter explicat, &
exemplis plurimis illustrat.

De Germania aliquid dicendum. Amant Germani Reges,
verum sub umbra libertatis. Et initio quidem obtinuit jus suc-
cessionis in familia Carolina, in Saxonibus etiam: post magnum
antem illud interregnum, mortuō Fridericō II. quod Reipublicæ
status magnas clades sentiebat, assiduis bellorum incendiis Ger-
mania tota ardebat, omniaque funestis dissidiorum furii strah-
bantur, electio præprimis Imperatoris, spretō natalium jure in-
valuit.

Nequaquam verò cum Reinkingio sentendum, mixtum il-
lum statum ab Aristocracia & Monarchia in pure Monarchicum
hodie mutantum esse. Quæ enim de lege regia in mediū afferuntur,
prorsus nullum inveniunt locum, uti rectè mosuit *Limneus* in Pro-
leg. ad Capit. Cæs. sect. 8. §. 7. Lex regia Romanis Imperatoribus ab-
solutam concedebat potestatem: sed nunquam ista lex apud Ger-
manos in usu fuit. Risu itaque excipiendi, qui tam scurè hæc
talia accipiunt. Similitudinem potius quam historiam obser-
vant, qui Capitulationem Cæsaream legem regiam inscribunt.

Non



Non aliter sentit Magnus ille *Carpzovius* tractatu peculiari hac de materia. Ut adeò vox non propriè capiatur, sed impropriè & similitudine quadam. Qvando autem *Linnæus* aliqui subsumunt: Ferendarum in imperio legum potestatem non esse penes Imperatorē, sed penes statū, sicut constitutiones imperii & praxis comitiorum evincūt, errat iterum *Reinkingius* atq; respondet, non spectare ad essentiam majestatis leges concerentes universum statutum promulgare. Confundit Philosophiam & male omnia interpretatur. Poteritne salva esse majestas sine jure nomothetico maximā ejus parte? Nisi qvis cum sanaratione insanire velit, hoc nunquam afferet. Sed soleant quoq; Principes in legibus ferendis consilia aliorum adhibere, ut eō magis ratæ censeantur. Omnia à scopo aliena sunt. Pridem ostensum Consiliariis & Parlamenti Galliæ & Angliæ iniquè comparari Ordines imperii. De aliis ineptiis dicere nolo, quas qui concoquere potest, valde firmō indiget stomachō.

Hic non immerito paucas lineas sibi vendicat quæstio: an populo seu subditis liceat semel introductam formam Reipublicæ mutare? Prudentibus omnino videtur afferendum esse quæsumum: aliquando verò magistratus habetur, aliquando non. In hoc casu mutari potest Respublica, si ab electione populi vel Ordinum libera dependet constitutio magistratus summi, & leges desint, de Respublica nunquam reformanda. Qvando etiam magistratus praesens ad pacta suadamenta alias alligatus est; eorum autem vim omnem infringere velit, mutari iterum poterit ejusmodi Respublica. Sed nihil ex vana hominum persuasione agendum est, aut ex populi iubitu vis intentanda magistrati.

!S. II.

Jam ad causas mutationis, corruptionis & eversionis Regnum publicarum accedendum. Primō locō ponimus fortunam, quæ nihil aliud est quam voluntas & dispositio divina. Sicut enim per divinam providentiam omnia florent, vigent ac resurgent: ita per iram divinam omnia mutantur, ruunt ac collabuntur.

Divinā voluntate ac dispositione mutationes, corruptiones & ever-

& eversiones Rerumpublicarum accidere, expressis scriptura verbis restatur: Tu manu tua gentes expulisti & plantasti ipsos: malo affecisti nationes & propagasti ipsos. Et alibi: Ipse transfert regna & constituit Reges. Qvibus accedit Augustinus: Deus, inquietus, nullo modo credendus est, regna hominum eorumq; servitutes & dominationes à suæ providentia legibus esse voluisse. Ad necessitatem fatalem omnia retulerunt Stoici. Perpetua illa in omnibus rebus lex est, inquit Seneca, ut ad summum perducat rursus ad infimum velocius qvidem, qm ascenderent, relabantur. Idem: Nihil publicè stabile estram hominū, qm urbium fata volvuntur. Hunc viciam errorem errauat, qui fato Astrologico, Respublicas ruinam pati, opinati sunt. Plus itaque in his talibus curiositatis humanæ deprehendetur, qm certæ veritatis. Magna astrorum stat virtus, cadat licet ista sententia.

Spectat hīc quæstio, an circulus ille fatalis & ordinarius, ut sic dicam, mutationum, corruptionum & destructionum in Rebuspublicis à tempore dependeat: seu an certum tempus desiniri queat, quo præterlapso, Respublicæ mutentur aut varientur? Talia apud scriptores veteres & recentiores plurima loca occurrunt: tempus metiri Reipublicæ statum: tempus inferre solere Rebuspublicis mutationem. Hæc si ita crudè & nudè accipiuntur, magna summis Viris injuria infertur. Ut ne dicam, tempus ejusmodi Rerumpublicarum mutationem ac variationem efficere non posse: loquuntur illi scriptores figuratè & ex comparatione potius & similitudine quadam, qm ex certis rationibus. Scilicet naturalis Rerumpublicarum conversio meritò statuitur, qvia natura ita comparata est, ut non semper virtutem amet, sed facile à virtute ad vitia inclinet: quæ mutatio morum, Reipublicæ quoq; statum mutat. Conferatur *Celeberrimus Dn. Boëclerus Ann. Tac ad 1. Annal. 2. c. 1.* Interim jam citius jam tardius Respublicæ mutantur: & si quædam eodem annorum numero tale quid sentiant, casu id fieri censendum est, cum & plurima exempla in contrarium obstant.

Eversis Rebuspublicis plerumque gentes in alia migrarunt loca, novas quæsumus & tranquillas sedes: etsi sæpe propriarum

B

sedum



sedum pertasæ gentes iponte novas felioresq; qvæsivere. In primis migrationes olim suscepere gentes seprationales, id temporis incultiora & minus grata inhabitantes. Ex Cimbrica Chersoneso in Italiam eruperunt Cimbri & Teutones nec non Gothicae gentes. Ex Italia nonnulli in Thraciam concessere, Getæ postmodum vocati. E Caucasi angustiis septentrionalibus in Asiam florentissimam irruptionem fecerunt Turcæ. Svevi ex Pomerania in fertilissimas Romanorum provincias, Rhetiam & Vindeliciam progressi sunt. Longobardi tractum olim Magdeburgen sem occupantes in Galliam per Noricum, Pannoniam & Italiam migrarunt. In Babyloniam & Assyriam usq; olim ivere Judæi: qvam rem suis daodecim libris de gentium migratione prolixè explicat Wolfgangus Lazius.

§. III.

De Fato hactenus: nunc de vi humana agendum est, quatenus Republicas labefactat, turbat & evertit. Est autem vis humana vel manifesta vel occulta. Ad illam spectant tyrannis, tumultus, factio, seditio, bella civilia: ad hanc referuntur prodicio, conjuratio, infidiae.

Tyrannis hoc loco paulò latius accipitur, prout vel unius, vel paucorum, vel multitudinis significar actiones injustas ad hanc finem tendentes. Tyranni nihil agunt, qvam ut jura & leges civitatis pervertant, omnia opprimant, sua libidine utantur, iudiciorumq; acerbitate civitatem vastent.

Qvamvis haud raro specioso habitu incedant Tyranni, & sub praetextu securitatis publicæ muniendæ innocentes & clausos viros proscribant, occident; aut cæteras malas artes dolo tegant.

Nota est Optimatum in Republica Romana tyrannis: debitorès suos ad servitia trahebant, interga ipsorum crudelissimè sanguinantes. Non factis ministris, qvam verbis illi irritabant plebejorum animos. Vid. Livius l. 2. 23. Narratur Posthumii omnibus bonis invisa oratio apud Livium l. 4. 49. multas ea turbas, multas seditiones excitavit: eò enim indignatio prorupit, ut ipse militum tribanus ab exercitu suo lapidibus cooperatus sit. Decemviri insigne

signe etiam tyrannidis exemplar præbent. *Livius l. 3. 36.* cum de Ap. Claudii versatili ingenio dixisset, judicio verè pragmatico scribit: *In humiliores libidinosè crudeliterq; consulebant, hominum non causarum tori erant; ut apud quos gratia vim æqui haberet. Suæ licentias & libidini indulgentes, omnia jura auferebant.*

Sed tyrannis religiosa, ut vocatur, qvâ conscientiis eripitur libertas, qvâ non svadetur religio, sed vi & armis imperatur, non potest non senvire in rerū viscera, certissimumq; etiam excidium trahere secum. An n. acriora & pertinaciora extiterint bella, qvam qvæ pro conscientiæ & religionis libertate gesta sunt? Unde nec Germania mota à Carolo V; nec Gallia ab Henrico IV; nec Austria à Maximiliano II; nec Polonia à Stephano; nec Bohemia à superioribus Regibus tranquilla reddi potuit, nisi libero religionis exercitio permisso. Ultra hos centum annos Hispanico jugo se se non subduxisset Belgium, si liberum religionis exercitium habuisset. Ob idem religionis negotium superioribus annis universa Germania intimis vulneribus cladibusq; affecta est. Quid de præsenti statu judicandum sit, intelligetur forte, si milera facies Germaniæ se oculis non cæcutientibus spectandam offerat.

Tumultus vocatur repentinus ille motus à metu excitatus, aut consternatione, aut indignatione sine ultiore iori proposito mutandi status aut res novandi. Causam habet vel perpetuam, vel temporariam. Temporariam ex dictis intelligere licet: perpetuam suggerit ingenium ferocioris populi, aut laxior vivendi ratio, nec adstricta consuetudinis bene compositæ vinculo civitatis disciplina. Exempla in historiis passim obvia.

In ejusmodi turba plerumq; leniori viâ incedendum: & oratio ad perstringendos permulcendosq; animos, ut loquitur Tacitus *H. I. 85.* multum valet. Ablegetur ad multitudinem tumultuantem vir autoritate & gratia pollens, omniaq; in tranquillum statum componat. Sed vi nonnunquam agendum, & arma ostendenda, aut adhibenda sunt. Eum in usum, præter cæteras utilitates, arma Republicæ semper in promptu esse debent.

Factione habetur, dum paucian plures inter se coenunt, cum aliis vero dissentiant, præsertim propter administrandam Republikam, aut religionem, aut honores, aut commoda. *Vid. Liv. 6. 3.*

In Romana Republica de honorib[us] semper inter se contendebant
& Optimates & plebs. Dies noctesq[ue]; deliberabant illi, ut huic adi-
rūs ad magistratus p[ro]m[overe] luderetur ; plebis tribuni legem ferebant,
ut alter semper ex plebe Consul eligeretur, hoc illi contra ius gen-
tium esse , hac ratione contaminari sanguinem suum palam pro-
nuntiabant , & non jam infimostantum capessere imperium , sed
successu temporis omnem potestatem ab Op[eris] iustibus deferiri ad
plebem. His controversiis decidendis saepius eligebat[ur] Dictator.
Meretur legi Livius l. 9. 26. qui sequentia recenset : Cum omnia infida
Romanis essent , Capua quoq[ue] occulta Principum conjurationes factae , de
qvib[us] cum ad senatum relatum esset, haud quaque neglectares est. Ques-
tiones decretae : Dictatoremq[ue] q[ui]estionsibus exercendis dici placuit. Cae-
terae exscribere nolo : sufficit enim mihi locum indicasse.

Ex tumultu facie seditio oritur. Quare apud veteres recen-
tioresq[ue] scriptores haec voces saepius inter se permутantur. Si tamen
accuratè loqui velim , seditio dicit motum vel paucorum vel plu-
riam vim minitantem , aut faciem motum , mutandi regiminis ergo,
vel quoad personas , vel quoad statum Republica. Est ea gravissi-
mum & periculosisimum malorum omnium in Republica. Ita-
que natales ejus probè inspiciendi , ut vel præcaveri vel mitigari
queant.

Seditioni Romana plebs sedulò studebat : multoties solvere
pecuniam cum magno strepitu recusabat ; multoties citata , non
parebat. Cui sollicet afflita fides in pace , & rebus turbatis ala-
cris & per incerta tutissima. Ut Taciti verba H. 1. 88. ad institu-
tum meum paulisper immutem. Vel ut habet Livius l. 2. 23. Civitas
secum ipsa discors intestino inter patres plebemq[ue] flagrabat odio fremebant,
se forū pro libertate & imperio dimicantes, domi à civibus captos & oppres-
sos esse : tutioremq[ue] in bello , quam in pace , inter hostes , quam inter cives li-
bertatem esse. Valde memorabilis illa etiam si seditio , quam ex-
plicat Livius l. 2. 32. ubi exercitus populusq[ue] in Sacrum montem se-
cessit , vallo fossaq[ue] se munivit : tum pavor ingens omnes tene-
bar ; plebs violentiam patrum , patres contra turbidam plebem ti-
meban[ti] , ut adeò utraq[ue] pars meru oppressa jaceret.

Scilicet suave est imperii nomen , ut non modo generosi
pruden-



prudentesq; viri, sed & plebeji & imperiorum cōfiditatem dominationis astant. Neq; cessavere turbæ in Republica Romana, antequam in societatem regiminales reciperentur plebeji.

Sed in omnibus Rebus publicis deprehendere licet, nulla dñe magis disceptare generosas mentes, qvām de dignitate & gloria. Conspicuae volunt esse & altius semper eminere; id quod probat Homerus, quando Achilles conquerens inducit: se cūm fortior sit multis aliis, majora tamen virtutis suæ præmia ab Agamemnon non referre: Fortem & ignavum simili maſtari honore. Potest & res testimonio Euripedis illustrari. In eas civitates sape impingitur, magnō incommodo, si vir magnus & bonus nihil amplius ferat, qvām quisq; pessimus. Deinde Xenoph. Nil, inquit, ego rerum humanarum magis inæquale duco, qvam ignavum & fortē par loco & dignitate esse. Et hæc non immetitò afferuntur. Æqvālitatem arithmeticam in omnibus rebus observari debere plebeji putant; contra quicunque usū actuq; prudentiae loquuntur, geometricam potius amant, & ex proportione omnia æqualiter dispensant. Qvare ne seditiones hinc orientur, præprimis rerum administratores carent, ut quilibet contentus vivat, & ne plebeji minoribus honoribus curationibusq; excludantur.

Sed non modò civilium, verūm etiam militarium seditionum plena est historia Romana. Singulari studio & facundissimo ore seditiones legionum partim Pannonicarum, partim Germanarum explicat Tacitus a. c. 16. lib. 1. Annal. usq; ad 50.

Ad turbas & tumultus facile accedit multitudo, præser-
tim si commoda occasione non destituitur. Jam mortuus erat
Imperator optimus Augustus, nondum Tiberii auctoritas satis
invaluerat. Itaq; talia expostulare posse videbatur, qvæ alias
non obtinerentur. Non deerant concitores ducesq; tumultuum,
seditionis item ministri & satellites, qui alios seducebant,
ceteræq; multitudo praerent. Norant multitudinem oratione
ne tanquam carenâ trahi in quamcumq; partem; itaq; pravis
sermonibus implent omnia, ut videlicet imperitos milites eò im-
pellant, non ferendam esse istam disciplinam militarem, sed excu-

tiendum illud jugum. Jam confabulationem ad seram noctem protrahunt, jam per plateas concursitant, ut licentiae suæ specimina edant, mox in seditionem eruptura. Germanicus præprimis exercitus insolentiâ suâ excedebat: sua in manu fitam rem Romanam, suis victoriis augeri Rempublicam, in suum cognomen ascisci Imperatores, uti habet Tacitus I. 31. 5. Ita milites supra Imperatorem se extollunt, & felicitatem omnem suis viribus tribuunt. Verum non verbis substitit illa impietas, exunt etiam factis disciplinam militarem, cui sacramentum dixerunt, dum tres legiones miscere in unam agitarunt, signa congregarunt. Solius enim Imperatoris est hæc talia ordinare. Mox augmentum capit nequitia, cum veluti aggere legum & disciplinæ rupto, sese ad diripiendos proximos vicos & municipia effuderunt, centuriones bonæ disciplinæ exastores, occiderunt.

Apud Pannonicos exercitus eandem flagitorum seriem recensere licebit. Quidque cum manipuli agros devastarent, duces quæ severiores interfici essent: Imò gentium jus violarunt, prætorianis militibus, quicum Tiberio venerant manus intentantes.

Non autem adeò diu isti turbantes ac tumultuantes milites sibi congrunt aut constant; inter seipso colliduntur, ad bonam frugem tandem redeunt, animorum obsequia non uno signo exprimunt, culpam agnoscent, deprecantur.

Nunc de remediis, quibus seditioni & seditionis obviam irum, paucis dispiciendum. Duplicis generis sunt consilia, leniora & fortiora. De lenioribus prius videbo. Observanda in primis summi ducis Germanici oratio. Curam ille suam erga salutem publicam, & amorem erga singulos multis nervosisque verbis explicat: sed valde indecorum esse, ut milites ad se rapereat imperium, omne obsequium denegarent Imperatori. Quid enim absurdius excogitati queat, quam ut milites Imperatoris Senatusque Romani auctoritatem projiciant? Provocat postea ad Julium & Augustum: quorum ille unico verbulo, hic vultu & aspectu seditiones exercitus exterrere potuit. Se quidem longè imparem pantis nominibus; ex eorum tamen sanguine ortum. Quibus argu-

argumentis hoc factum est, ut milites vincerentur ipsi; judicarent: puniret noxios, ignosceret lapsos, & duceret in hostem; revocaretur conjux, rediret legionum alumnus, neve obses Gallus traderetur. Vid. Tac. 1.44.1. Ad leniora remedia refertur quoq; indulgentia, qva militibus nonnulla indulsit, ut eorum desideria explereret.

Accedo ad fortiora remedia. Magistri seditionum & præcipui autores turbarum conquisiti, ad necem traditi sunt. Svader æquitas ut distingvatur inter eos, qvi contagio seditionis ab aliis infecti sunt, & qvi suo ausu turbas excitarunt. Illi veniam mereantur; hi extremo supplicio afficiendi sunt. Scilicet est finis omnis in hoc negotio severitatis, ut pœna ad paucos, terror & emendatio ad omnes perveniat, alioquin cladi quam medicinae similius erit remedium. Sicut loquitur in Comment: ad hist: Tac. Da. Boëclerus, Vir ad omnis generis literas exornandas factus & compositus.

Bella civilia suat motus subditorum truculentiores in magistratum aut inter seipsos. Reipublicas per bella civilia destrui prudentes uno ore confitentur omnes: neq; aliud maius occurrit malum, à quo se metuere civitates habent, qvam hoc ipsum. Externa bella latus Reipublicæ laedunt, interiora in ipsis visceribus sèvitunt. Unde apud Sallustium Crispus olim ominabatur, nunquam futurum, ut Roma everteatur, nisi cives cum cibibus manus conserturi, & ita indefessi & exangves Regi aut nationi præda essent futuri.

Qvanquam apud nonnullas nationes pro moris ac disciplina indole perpetua ferme vigeant dissidia, qvæ alibi rariora. De Poloniis & Hungaricis certum est, quod dixi. Et superiori quidem seculo mira se in regno Hungarico sedatio prodidit. Ludovico enim Rege, in acie contra Turcam acriter pugnante, lethali vulnere oppresso, in Alba Regali consultatio de novo Rege creando suscipitur, eligiturq; Johannes Zapoliaj ac coronatur. Mox regnum in duas partes sciinditur: altera pro sua gentis Principe omnia moliebatur; altera cum ipso Archiepiscopo, qvi Johannem coronaverat, defectione facta, Ferdinandum secuta est, Regemq; declaravit. Multis utrobiq; occisis, restandem illa consecuta eventum, ut Johannes in imperio confirmaretur, atq; à Turcarum Imperatore

id



id temporis Solim uno prolixo sermone coronam acciperet. Digna est oratio quæ adscribatur: *Dii tibi hanc mentem, inquit, amice frater dederunt, quod spretus aliorum auxiliis, contra tui nominis hostem, meum auxilium imploraveris.* Nec enim si religione, ac Deorum cultu differimus, communibus naturæ officiis, ac necessitudine distingvimus. *& quæ apud nos fas, & justum colitur, & quælibet vobis, cum belli pacisq; conditio legesq;* Jam vero expertus es *& invictus esse imperii nostri vires, & fidem in amicitia, & benevolentia nostra esse inviolatam inculpatamq;* id quod vel hoc signo infallibili cognoscere potes. Diadema enim quod apud gentem tuam magnopere aestimatur, a civibus tuis ad me delatum, *& apud me diligenter custoditum, in præsentia trado tibi tuisq; posteris, perpetuo honori, atq; decori.* Conferatur Petrus Dererra de monarchia Hungariae.

Bellorum civilium segetem omne seculum suppeditat. Romanæ Reipublicæ bella civilia diligenter descripsere Dio, Appianus, Plutarchus in vit. Cicero in epistolis ad Atticn, Tacitus in libris hist. quibus non minimum momenti adjiciunt Cæsar, Sallustius, Svetonius, qui sabinde brevi mentione sed gravi judicio rem perscrinxerent. Domesticam id est, germanicorum bellorum civilium materiam è veteribus sedulò tractarunt Huldricus Mutius, Aventinus. Recentioribus ad hoc institutum peculiariter commendantur, Hortlederius, Lundorpius. Et quis nescit ad hunc scopum facere Theatrum Europæum & Diarium Europæum? In Gallicis omnium curas superat Thuanus, cui nemo historiarum scriptor, ex eo, quo vixit tempore, comparandus: Res ille quidem toto orbe gestas ab anno Christi 1543. usq; ad 1607 sexaginta annorum historiam universalem condidit, ad Gallicanam tamen præcipue respiciens, in sequentia temporis Gramondius scribenda suscepit, sed intra Gallicarum rerum fines. Meteranus in Belgicis observandus lectori hoc argumentum probè explanat. Injuriam autem faciunt scriptori editores, qui cum historiam universalem nunquam agressus esset, illi tamen qui anni hujus seculi 40 iterarunt editionem, tali eloquio ornarunt.

Movetur hic quæstio, quomodo in bellis civilibus sese gerere vir bonus, an quiescere, an in partes abiire debeat? Ratio svadet ut parti se adjungat, quæ justam habet causam. Ita Ciceronis consilium laudat & memorandum dicit Atticus, quod maluerit cum Pompejo



Pompejō vinci, qvām cum Cæsare, Reipublicæ invasore vincere.
Vid. Cic. ad Att. l. 8. Epist. 7. Unde Solonis lex : in casu civilis discordie, qvi non alterutri parti se adjunxerit, sed solitarius separatusq; communi malo civitatis secesserit, is domo, patria, fortunq; omnibus careto, exul extorruq; esto. Gellius. Sed qvando incident tempora, qvibus dubitandum, cuinam parti sit adhærendum melius erit abesse à civilibus bellis. Lipsius persones distinguit, qvæ publicis munieribus funguntur, vel vitam privatam agunt, & quasi in umbra latitant. Quid judicandum has de sententia lector facile animadvertiset: qveniam enim salus Reipublicæ ubiq; attendenda, non poterit non seqvi optimam partem vir justus.

An verò contra Regem vis exercenda? Concedit Grotius l. 1. c. 4. B. & P. §. 2. si. Rex verè hostili animo in totius populi interrum feratur. Multæ interim exerunt sese difficultates, qvæ rem dubiam reddunt. Nec enim permittendum est, ut populi judicio animus Regis subjiciatur, qvippe qvirerum præsentium pertensus, spe melioris regiminis Regem suum satè promtè hostem pronunciabit, sæpe præter meritum. Et qvis verò arbiter tū erit, ut de animo Regis verè hostili constet? Ita rem in notis Grot. explicat Magnificus J. C. Tissimusq; Vir Dn. Zieglerius, Serenissimi Electoris Sax. Consiliarias splendidus, & Facult. Jurid. in Leucorea nostra Ord. narius summè meritus.

Jurene ergò Tarquinius à populo Romano damnatus fuit? Hostem ille utiq; sese gerebat, societatem incolumentatemq; ve publicam prorsus everttere conabatur. Turnum insontem oblatu falso crimine oppresit: Primores civitatis, alios artificiose calumniæ genere è medio tollebat, alios aliâ occasione occidebat: Cloacam maximum receptaculum omnium purgamentorum nova insolitaq; magnificientia manibus civium ædificavit; & nimiâ ubiq; populum inclementiâ exercebat. Quapropter justè à subditis throno Tarquinius deturbatus est. Nunquam verò jure absolvi possunt Brutus & Cassius Cæsaris interfatores: & Julii Cæsar's cædes sine dubio pessimum facinus dicendum. Invaserat ille quidem Rempublicam, vi omne imperium ad se traxerat: sed Senatus populusq; Romanus consensu firmaverat ejus potestatem; adeòq; jure occidi non poterat. Neq; repugnat, diro necessitatistæ ad actos esse Romanos, ut ista decerne-

rent: muluerunt videlicet hanc statum cum securitate, quam libertatem cum metu exitii.

Quantum ad exempla destitutorum Imperatorum in Germania attinet, exempla pro lege valere non debent. Henricus IV sola auctoritate Pontificis, qui hujus rei neque jus habet, neque obsequium Electoribus imperare potest, dejectus est. Sicut notius, quam ut prolixa probatione indigeat. Adolphus Nassovius calumniis inimicorum oppressus, & quantum ex historia constat nullo modo probari potest, eam iure destitutum esse. Conferatur *bistoria Australis & appendix Steronis*, ut & Albertus Argentinensis. Omnia bene colligit Limn. Tom. 5. ad lib. 2. c. 11. p. 61. Solus occurrit Wenceslaus Caroli IV filius, non injuria forte dejectus. Enormi negligentia notatur ille scriptoribus: saepe munitus ab Electoribus & Principibus, nihil cura pro Republica nihil opera pro salute communi suscepit.

Ad novam me accingo quæstionem, videlicet, n ex bellis civilibus tyrannicum imperium firmetur? Videtur negandum esse quæsumum. Quamvis enim tyrannis alatur metus civium inter ipsos delationibus, & personarum illustrium proscriptionibus atque ruinis: exinde tamen non efficitur, impotenter illam potestatem armis civilibus firmorem reddi. Neque in ista summa impenitente gladiorum Tyrannus ipse turus est, & si partem civium in reliquias armare velit, verendum est ei, ut vel armis civilibus cadat, vel ab iis quos armaverit, tandem trucidetur. Si vero civium strage delectetur, & ex arce quasi specula otiosè luctantes completetur, vix illi quos armaverit, in officio mansuri sunt. Quamobrem Tyrannus cum multis periculis circumdatus est, tum illud maximè metuit, ne ad bellum prossiliant cives, & modis omnibus, quasi feras bestias, quæ non nisi detractis ungibus ac dentibus quiescunt, exarmare conatur.

Ni itaque fallor, certum manet, omnibus Rebus publicis clades ejusmodi acturas publicas valde exiliofas, & modis omnibus declinaandas esse. Quod si nullo consilio provideri, nulla ope averti possunt, medicina adhibenda est, quæ salutem civitatis restituat, vel certè morbum imminuat. Et licet ex iacestiniis motibus

bus bellisq; civilibus optatisimi s^epius seqvantur effectus : non
propterea tamen h^ec talia laudanda sunt. Evacuatis vitiosis hu-
moribus, corpus curatur ; febrim nemo uilem esse judicat. Ita
proscriptionibus, cedibus, ab impiis hominibus liberatur ci-
vitas & tranquilla redditur : bella civilia per se nemo salutaria
existimat.

§. IIII.

Hactenus de mutationibus, corruptionibus & eversionibus
per facta hominum manifesta : sequntur jam f. Etia occulta, quae
sunt : proditio, conjuratio, insidiæ.

Proditio est communicatio arcanorum Reipublicæ facta
cum hoste in detrimentum Reipublicæ. Proditorum laude ma-
jor omni Casanbonus comment. in Polyb. p. 188. in genere sic definit ;
etsi nullum, inquietus, discrimen ponunt graci scriptores, inter προδόταις
& προδοτικοῖς, politi tamen prudenter ita distinguunt, ut προδόταις
sint dicendi, ac prodidisse patriam illi censendi, qui pecuniâ acceptâ, eam
hosti tradiderunt, aut illi, qui jugo servitutis sit subjectum. Sin autem
aliquiu, quo patriam oppressam, dominatione injusta liberet, occulta consilia
ineat, ut auctor libertatis intromittatur, hunc non προδότας, sed προδοτικοῖς
τὴν ληψίαν debere dici. Subtiliter agentibus proditio à
conjuratione, item insidiis, uti mox constabit, mul-
tum differt : Veteribus autem recentioribusque scriptoribus
familiare est, proditionis voce, latè patente, omnia complecti.
Hoc sensu Cicero non uno in loco judicat, nullam esse posse in
tanti sceleris immanitate punienda crudelitatem : idq; non tam
ulciscendi causa, quam ut in praesens alios cives timore ab impu-
gnanda patria deterreas, & imposterum documentum statuas, ne
quis talem dementiam velit imitari. Ita proditores de arbore-
bus susciperunt Germani veteres, teste Tacito de Germ. 12.

Proditionis commodum remedium est, si de maximè arca-
nīs & intima status attingentibus pauci deliberant. Carthagin-
ensium Respublica popularis erat, nihilominus, præter Senatores
400, fuit aliud consilium 30. Senatorum, ad quos negotia ardua &
magnarum rerum momenta deferrentur. Hac in parte male si-
bi prospexit Respublica Romana. Quid enim eorum, quae in



Senatu agerentur late re potuisset, cum quingenti aut sexcenti Senatores præter scribas acta Senatus intelligerent? Prætextatis etiam pueris, usq; ad Papirii tempora aditus erat in Senatum. Sed novam indaxit formam Augustus: ex Senatoribus aliquor elegit, quibus cum de iis rebus ageret, quæ à Senatu aliâs dijudicandæ. Post excessum Augusti Tiberius à Senatu petiit, ut viginti Senatores sibi darentur, à quibus consilium caperet. Horum deinde exempla secuti sunt Imperatores posteri, Galba, Trajanus, Adrianus, Aurelius, Alexander Severus.

Conjuratio est paucorum vel plurium in Reipublicæ perniciem mutuô sacramentô obstrictorum consensus. Frustra silentium & fides in moltorum conciorum animis speratur; hinc plerumq; conjuncti sedulò carent, ne eorum actiones per multitudinem divulgantur. Et ferè contingere solet, ut Principes aliena & verba & facta penitus intelligent, domestica plane ignorent. Pelopidæ conjuratio de arce Cadmea recuperanda, prius Athenis per vulgata erat; quām quid gestum esset à conjuratis; ut eventus docuit. Nam paulò antè quām dux Archias una cum præsidio cæsus esset, eum literis admonuit Pontifex Atheniensis, ut sibi ab ista coniuratione caveret: quas literas minime lectione dignatas est, sed hoc trito proverbio usq;: *In crastinum differo res severas*. Neminem latere potest, Carolum V. omnium ferè, quā usquam administrata essent ab aliis Principibus, aut consortem aut consilium fuisse; at ea consilia quæ Mauritius & Albertus Brandenburgicus familiares ac domestici Cæsaris suscepserant, quæque optatum finem consecuta sunt, ne suspicatus quidem est.

Conjuratos præsentissima poena maneat necesse est, neque cuiq; conjuratorum facile ignorandum. Ita superiori seculo nobilis quidam Normannus fraterculo sodali confitebatur se Franciscum Regem Galliæ occidere voluisse, nihil tamen ausum esse, & flagitiosa voluntatis sponte pœnitere: mox reus sit, capitalique supplicio damnatur. Scili et sancta sunt Regum nomina, quæ sinistris etiam cogitatis lœduntur: neq; perduellionis crimen sine sangvine expiatum. In punienda coniuratione modum excessit Imperator Nero, isto enim scelere in sui exitium ac perniciem detto,

teatō; cum quæstionibus ac tormentis omnes conjurationis consciens exquisivit, ut rei, quam de tyranno non potuerant, de tyranni sectatoribus ultionem acciperent, cum Neronis amicissimos ac domesticos quasi conjurationis participes incusarent; quos ille omnibus suppliciis affecit. Inde secura est legionum ac provinciarum aperta defensio. Addendum est hic eorum consilium, qui conjurations dissimulare videntur. Et Coles Lacedæmoniorum Imperator cum insulam Chium adversus Athenienses præsidio militari tueretur, milites occultâ conjuratione decreverant in insula dominatum cæsis incolis invadere; conjurationis verò tessera fuit arundo: Imperator re intellec[t]u amicorum coronâ stipatus, urbem obire cœpit, ac militem sibi obvium arundinem gestantem occidit; tum repente edixit eos omnes occisuram, qui arundinem gestarent; ita conjurati qui essent latere voluit.

Vid. Xenophon l. 2. Rerum Græcarum.

Sequuntur insidiæ, quæ plerumq[ue] Principibus illustribusq[ue] personis à familiarissimis struuntur. Ceterum quam sit proditor, proditoribus in visis grata, qualiaq[ue] nunc supplicia, nunc præmia proditores manterint. Camer. Cent. i. Hor. subciss: Piccartus Decad. 9. obser. Hist. Pol. c. 10. ostendunt. Testis locuples quoq[ue] est Gallia, quæ Regum suorum sanguinem sapienter hancit. Tanta autem nonnullorum est pertinacia, ut mortem subire malint, quam suscepsum omittere negotium. Cosinus Medices, ille qui principatum Florentinorum consecutus est, nisi ubiq[ue] ferreo theatro incessisset; nec cohortes prætoriæ, nec arcæ illum servare possebant ab hominum sceleribus: in abdita quæq[ue] loca sapissime penetrarunt, ut illum morte interimerent, quocunq[ue]; tandem supplicii genere efficerentur. Non enim defuit qui in medio Senatus confessus Principem prætoris horte munitione, sica transverbere conaretur. Principes itaq[ue] ardutissimis semper precibus Deum implorare debent, ut suâ gratiâ ipsos benignè protegere vellet: Hac spe fatus, omnium insidiæ despexit sanctissimus David. Si etiam ubiq[ue] subditorum animos ad se alliunt, fidissimâ custodiâ nituntur. Interim omittenda non sunt exquisita paucorum supplicia, ut alii à similibus absterreantur fascinoribus. Invenit

tamen clementia locum, præfertim si deprehendantur summi, & de patria excellenter meriti viri. Non omitenda est hic illorum Principum prudentia, qvi literas hostium, qvibus milites ci-
vesq; ad scelus satis liberaliter invitabantur, suppressere tutius ju-
dicarunt. Qvamvis enim de suis nihil mali suscipetur Princeps:
tamen animi corruptelis & fraudulentis artibus imbuedi non
sunt.

S. V.

Nunc de vitiis agemus. Nam est, qvibus Republicæ corrum-
puntur, labefactantur, evertantur. Singularem observationem
merentur imprudentia, injustitia, luxus, ut de aliis dicere vix ope-
ra pretium sit.

Ex prudentiæ habitu benè administrantur Republicæ: sed
imprudentia civitatibus non potest non esse noxia. Qvosdam
natura tam hebetes, stupidos ac absurdos efformavit, ut nullis re-
bus gerendis idonei sint. Longè melior eorum sors cœseretur,
si aequaliter moderanda Republicæ adhicerentur. Romana hi-
storia non unum Imperatorem hoc virtio laborantem suppeditat;
neq; exempla hodie desunt.

Contingit etiam, ut intiore illa cognitione Reipublicæ,
sine qvâ nihil geri potest, destituantur imperantes. Ita non recte
intelligebant aristocraticas artes Claudi apud Romanos, qvos in-
signi sententiâ notavit Svetonius in vita Tiberii: Notissimum est, Clau-
dios omnes, excepto uno, optimates assertoresq; unicos dignitatis & pore-
ntiae patriciorum semper fuisse; atq; adversus plebem adeò violentos & con-
tumaces, ut ne capit is qvidem qvisquam reus apud populum mutare ve-
stem aut deprecari sustinuerit; nonnulli in altercatione & iugio tribunos
plebis pulsaverint. Sicuti violentiam, contumaciam respuit pru-
dentia: ita eminentiam qvandam, præstantiam, dignitatem a-
mat, & semper popularitate qvndam miseri ac temperari gau-
det. Galbam Imperatorem à prudentiæ genio multum aberrasse
notat Tacitus H. 1. 18. 5. Constat potuisse conciliari a-imos quantula-
cunq; parcis enis liberalitate. Nocuit antiquus rigor & nimia severitas,
cui jam pares non sumus. Scilicet robustissimam imperii partem
constituebant milites; ideoq; pecuniâ & donis in obsequium
impe-



imperantis invitandi erant. Sed nolebat Gabba militem libera-
litate demereris: hinc cædes nefaria subsecuta est.

Qvoniā vero semper aliqua inducit tempus ac insinuat
nova, imprudens & insipidus merito creditur, qui non momenta
mutationum expedito judicio perdidicis. Qvis putat monarchiam,
ut sub exemplo loqvar, eodem semper modo administrandam,
dum jam adstrictiori, jam leniori jure agendum est? Ita compara-
ta est civilis prudentia, ut temporibus obseqvi gaudet.

Exeit se se imprudentia potissimum in eligendis adjutoribus
& ministris. Noctesq; diesq; de salute civium cogiter Princeps,
omnia irrita sunt, nisi doneos atq; fideles habeat executores. Ne
dicam imparem esse Principem omnibus actionibus, ut adeo o-
pus habeat ministris. Qvot suar ordinaria, ut ajunt, munia?
Qvot es cum externis potestatibus de maximi momenti rebus
transigendum est?

Imprudentia in solis cernitur imperantibus: sed injustitia
commune & imperantibus & parentibus vitium est, qvanquam
etiam quatenus alterutris propria, simul spectanda veniat. Nullus
sanè negare posseit, injustitiam omnem societatem tollere, &
quilibet concordiae vincula rumpere: dic injustitiam, & vitium
verè incivile & infaciabile appellasti.

Injustitia quatenus imperantibus & parentibus communis
existit, in duabus præcipue rebus apparet (1) quando omnis tur-
batur ordo officiorum justitiae consentaneus. In ipsa enim com-
munitate (uti beae annotavit Cicero i. offic. 45) sunt gradus officio-
rum, ex quibus quid cuiq; præstandum intelligi possit: ut prima
Diis immortalibus; secunda patriæ; tercia parentibus; deinde
gradatim reliquis debeat. Qvis putet salvam & in columem
posse stare Rem publicam, si major habeatur ratio privatrum
quam publicarum rerum, & si divina omnia negligantur, despici-
antur, rejiciantur? (2) in violanda rerum contractarum fide.
Quemadmodum enim (quod iterum recte Cicero 2. offic. 24 docet)
nulla res vehementius continet Rem publicam, quam fides: ita
fide violata, dissolvitur facile Reipublica, Iagens ea domi forisq;
noxa. Domi concussa fides seditione parit: foris infamia paratur.

Rei-



Reipublicæ odium ; & sape ob contractus non servatos bel-
lum.

Injustitia imperantium ex ambitione & avaritia, tanquam fon-
te & scaturigine resultat. Imperantes sapienter mutare solent Rem-
publicam, ut potentiam augeant, & quæ parentum erant, quo-
vis specioso titulo ad se rapiant. Retinentur antiqua nomina, &
schema pulchrum subditorum oculis objicitur : sed ad circumve-
niendos plebejos homines talia adhibentur. Ostendit hæc egre-
giè Clapmarius in tractatu de arcana Rerum publicarum.

Injustitia parentum partim ad injuriam & contumeliam
perforarum imperantium spectat : partim ad mutuam civium
injuriam refertur. Subditi nonnunquam detestant obsequium,
haud raro mutuis sese contumeliis afficiunt, dum nemo sorte suâ
contentus vivit.

A causis bellorum civilium luxus excludendus non est. Ita
exhaustis voluptatibus civium immanni profusione opibus, di-
vitiis Romana Res publica stare amplius non poterat. Quæ
enim alia res quærit Florus l. 3. 12. civiles furores peperit, quæ
nimia felicitas ? Opes atque, divitiae affixere seculi mores, mersamque
pitiis suis, quasi sentina, Rempublicam pessum dedere.

Aliâ tamen ratione luxus, aliâ divitiae civilia excitant
bella. Luxus quia paupertatem patit, seditionem quoque in
Rempublicam invehit : maluit Catilina publicam potius ruinam
proteri quam suam, ut idem passurus minimè conspiciatur. Divi-
tiae insolentiores reddant possessores suos ; hinc ad altiora adspi-
rare cupiunt illi, & per intestinos Reipublicæ motus gubernacula
invadunt.

§. VI.

Ad Germaniam nostram venire, & de malis atque defectibus,
in quantum privatis conceditur, aliqua repetere licebit. Dimi-
nitio & avulsio tot membrorum satis deplorari non potest.
Omissis

Omissis antiquioribus, de iis dicendum, quae Imperium attinent, unde Germanicum est, præprimis à temporibus Ottonianis. Italia, Arelatense regnum, Lotharingia, Belgium, Prussia, Livonia ab Imperio avulsæ sunt. Et in Italia quidem prima Pontificis Romani sortes est, qui jus suum ex Cæsarum donationibus probare conatur. Arelatense regnum per Gallos esse avulsum disputat Dn. Canringius de Finib XX. XXV. Quæ sit hodie Lotharingiæ facies, omnium in oculos incurrit. Belgicarum Provinciarum libertatem vindicare nititur Grotius, sed quam sibi contradicit explicat Dn. Baclerius in notis ad Grotium J. B. P. 2. 4. Et de finibus recuperandis non una vice in Comitiis actum est: infelicitamen successu.

Refertur non immerito inter defectus, quod inter Ordines Imperii æmulandi dissidendiq; perpetuæ habentur causæ. Extat de Comitiis querela, in Conventu Passaviensi, à Mauritio, Eleitore Saxonie proposita: In Comitiis agi parum amanter, & quid adferatur ab aliquo pro Republica, malam in partem accipi. Vid. Sleidan. l. 24.

Non parum dignitas Imperii nostri imminuitur per immane illud dicendi scribendiq; cacoethes: quilibet sibi ex suo ingenio singit Rempublicam. Belgium hac in parte ac Svecia laudantur, quod ejusmodi libros, qui interiora status attingunt, statim inter vetitos recensentur.

Alii plura scribant, mihi postquam differentiationis modum explevi, hic subsistere fas est.

SOLI DEO GLORIA.

(O)

D

Ad

Ad
Præeximum,, Doctissimumq;
DN. AUCTOREM & RESPON-
DENTEM :

QVAS TIBI, Biccarti, dotes, perdocte,
parâris,
Leucoreâ in cathedrâ publica verba
dabunt:
Appr̄cor, ut partæ doctrinæ gloria crescat,
Actandem multis commoda magna fe-
rat!

gratulab. scrib.

M. SIMON FRIDER. FRENZELIUS,
Facult. Philos. Adj.

SIC publicarum perspicis rerum vices ,
Mutationes æstimare quoque doces ?
O quām politum patriæ Civem dabis ,
Si porr̄o pergas ; quanta capies præmia !

amicâ mente scribebat

P R Æ S E S.

QUAM tibi sit curæ Jurisprudentia, monstras,
Pnlpit a Leueore dum scandis Amice, Cathedra:
Ac inibi cunctis de causis differis aptè ,

2v

*Quæ deformant ac mutant civilia regna.
Perge velut pergis, sic auxiliante Jebova,
Tu poteris tunc optatam contingere metam.*

Hæc doctiss. Da. Respondenti scribeb.

M. ERNESTUS REDSLOBIUS.

Natus, vivit, olor, senescit, efflat
Vitam: sed bene, candidè, beatè.
BICCARTI melius, beatiusque
Cum candore datus recens inauras,
Summi carpis eas DEI favore
Prudenter: meritò beatus esto.
Ter charus, Patriota, ter beatus
Dicendus mibi: Te coronat ipsum
Nasci, vita sacrata, vita prudens.
Nam ne quod vid memorem solum paternum,
Felix auspiciis datum secundis
(Sic est crede mibi) DEI Supremi:
Est (me Judice) quod bonis probisque
Commendare potest, colenda virtus
Haud exulta parùm Tibi, haud avare.
Non verum fugio, auribus nibil do,
Testis clara dies, diemnè ficta
Testari reputas? dat argumentum
Ardentis studii tui probatum,
Hoc exercitium sacrum Lyceo:
Quod nobis specimen tuæ subacte
Clare præbuit eruditionis.
Felicem meritò precamur omnes
Successum: DEUS Optimus secundet
Felicesque velit tuos labores
Cæptos in DOMINO, simul peractos.

516



Sic feliciter i' veras sub auras
Vitales, & eas favente. jova
Duxisti bene, sic oloris instar.
Cygneas imitare PATRIOT A
Plumas, amplifica moram supremis
Fatis, ultimadum premat senectus.
Vitales Simeonis instar auras
Claudas in Domino piè, beatè.

Sic honorando atq; dilecto suo Domino Patriote

gratulabundū adēse volebat

JOHANNES, HELVICUS WILLEMER,
Mæno Francofurtensis. SS. Th. St.

MADRIGAL.

Er Tugend Saffe
Der Anfangs zwar schmeckt unsern Lippen bitter/
Hat doch die Krafft /
Dass er nachdem die unverdrossenen Gemäther
Mit süßem Nectar labt.
Du Wehrter/ hast bisher getrost
Das Bitter-seyn veracht/drum b hat auch deine Sinnen
Die Tugend selbst gespeist/ das zeigt dein Beginnen/
Und mehr als unverdrossner Fleiß/
So uns genau und wohl vergnügt kan lehren/
Wie man ein Reich soll gründen/wie vermehren?
Nun wohl diß ist dein Preis
Vor jenen herben Biß;
Uns aber bleibe die Lehre/
Dass Tugend dem/ der sich recht in sie schicke /
Nach saurem Schweiß vergnüge und erquicke.
Mit diesem wenigen wolte dem Hn. Autori seine
Schuldigkeit bezeigen

Johann Sigismund Junghans/Jur. Utr. St.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-551379-p0031-7

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-551379-p0032-3

DFG

94 A 7382

ULB Halle

002 183 692

3



5b.
5b.

VD 17

21,7.998d.



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

72

Q. D. B. V.
DISPUTATIO POLITICA
^{de}
MUTATIONIBUS,
CORRUPTIONIBUS ET DE-
STRUCTIONIBUS RERUM-
PUBLICARUM,
Qvam
Divinâ Favente Clementiâ
In Electorali ad Albim Academia
PRÆSIDE
PRÆCELLENTE ATQVE PRÆCLARISSIMO
DN. M. JOH. CHRISTOPHORO
FUGMANNO,
Ampliss: Facultatis Philosophicæ Adjuncto
meritisimo
Publico Eruditorum Examini sifter
JEREMIAS BICCARTUS
Mœno-Francofurtanus.
Ad diem 5. Octobris, horis matut.
In AUDITORIO MAJORI.
WITTEBERGÆ,
Excadebat MICHAEL MEYER, ANNO 1672.

